

ipsum ex omni parte in modum retis et catenarum erant connecta ad artificiosum ut retia et catene magis viderentur apposita quam insculpta. vel quod solida non erant perforata. Undique fusa sunt ut onerosas retis formam exprimerent. Septima versus retia erant in capitello uno id est. A. ordines habentes eandem celeritatem totum circuitum capitelli per gyros occupantes. vel ab inferiori parte capitelli versus ad summam erant isti. A. ordines dispositi ascendendo. Super capitellum vero erat quasi funiculus super quem in duobus ordinibus erat positum reticulum regens eius summam et descendens aliquantulum super latera capitelli in circuitum. In cuius extremitate dependebat in duobus ordinibus. cc. malogranata. In epistola quoque cetera super quod sedebat capitellum dependebat malogranata. Legitur enim quod capitella erant super summam malogranatorum. Eiusdem compositionis erat columna altera. De compositione vero basium non legitur. Hec due columnae propter sui magnificentiam. tum propter futurorum multam prefigurationem. Dextera dicebatur. Iachim id est firmitas. Iosephus vocat eam thalamum iachim. Sinistra dicebatur booz vel bezi. quod sonat robur vel in robore. De reliquis columnis et stibuli modicis agit historia dicens. Capitella autem que erant super capita columnarum quasi opere lili fabricata erant in porticu quatuor cubitorum et rursus alia capitella in summam columnarum

desuper iuxta mensuram columnae connecta retia. Porro de compositione columnarum tacet. Capitella vero eam minora dicit uno cubito prioribus capitellis. De stemate eorum tamen dicit quod erant liliatae et habebant retacula superposita. Quod autem sequitur malogranatorum. cc. ordines erant in circuitu capitelli secundi. ambiguum est utrum hoc dictum sit de capitellis minoribus an recapitulando dictum sit de capitellis prioribus. Has columnas sicut hyrcanum tyrius plenius sapientia ad faciendum omne opus exere filii mulieris viduae de tribu neptalim patre vero tirio. Sed et omnia utrum filia templi erant et qui eam in eo de ere factum est. sicut hyrcanum in campestri regione iordanis in terra argillosa et inter sochor et sartham. Nec te moueat quod aliquando de ere. aliquando de auricalco dicuntur. facta quod idem est. cuius splendor et pulchritudo similis erat auro ut dicit iosephus. In hoc vestibulum ascendebatur ab atrio sacerdotum duodecim gradibus secundum iosephum. Quidam tamen dicunt septem secundum visionem ezechielis. dicunt enim in multis concordare compositionem templi materialis cum compositione templi spiritualis quod vidit ezechiel. **D**e cubiculis et cenaculis ebdomadariorum

Edificauit autem salomon in circuitu templi post vestibulum triginta paruas domos que sui copulatione totum templi spatium explebant